

2) Chronicon Maius

cap. 570 Papa est superior imperatore in temporalibus^{a)} 1).

Queritur utrum papa sit superior imperatore in temporalibus, et videtur quod non, quia²⁾ nullus potest preesse alteri^{b)} in eo, quo ei subest, quia preesse et subesse sunt relativa opposita; sed ecclesia subest imperatori in temporalibus eo, quod solvit imperatori tributa, sicut habetur in decreto xi. q. i.³⁾, quia solvere tributum est signum subiectionis, de censibus. c.^{c)} ii.⁴⁾; ergo imperator est superior in temporalibus summo pontifice. Preterea^{d)}: ille^{e)} qui recognoscit temporalia ab aliquo et ex hoc facit homagium, est inferior illo^{e)}, cui fit homagium; sed ecclesia recognoscit temporalia a regibus et principibus, ut habetur in decreto xxiii.^{f)} q. viii. *Licet* § ultimo^{g)}, ubi sic dicitur: 'De his vero, que ecclesia vivorum donationibus acceperit, principibus debet^{g)} consueta obsequia et etiam^{h)} legitima solvere tributaⁱ⁾ et convocato exercitu cum eis proficiscatur^{k)} ad castra^{l)}'; ergo ecclesia in temporalibus subicitur imperatoribus^{l)}. Preterea: quicquid superioritatis habet papa in spiritualibus et temporalibus, totum^{m)} habet ab imperio. Unde dicitur in decretisⁿ⁾ di. lxxxvi.^{o)} 7), quod Constantinus in primo privilegio dato ecclesie quod ipse statuit, quod papa romanus esset super omnes alios episcopos sicut iudices sub rege. Item donavit imperium occidentale ecclesie; ergo ecclesia^{p)} habet dominium in temporalibus et spiritualibus ab imperatore et per consequens est inferior imperatore. Preterea: ille qui instituit alium in^{q)} aliquo statu, est eo superior; sed imperator instituit papam, sicut habetur in decreto di. xxiii.^{r)} *In nomine domini*^{s)}, ubi dicitur quod beatus Gregorius papa, cum fuisset electus in papam, scripsit Mauritio imperatori, quod non preberet assensum super factam electionem; ergo ad institutionem pape requiritur assensus^{s)} imperatoris et per consequens imperator erit superior quam papa. Preterea: priora^{t)} non dependent a posterioribus, ymo potius e converso^{t)}, quia^{u)} pater non dependet a filio neque radix a ramo. Sed status imperialis in persona Iulii Cesaris precessit statum papalem in persona Petri apostoli; ergo imperium non dependet ab ecclesia sed e converso^{x)}. Preterea: Christus summus pontifex precepit^{y)} Iudeis religiosis, quod solverent, quod erat Cesaris Cesari¹⁰⁾. Et ipse precepit Petro, quod solveret tributum pedaggiis pro utroque¹¹⁾; ergo papa et ecclesia in solvendis tributis subicitur imperatori. Preterea: imperator Karulus et Otto primus instituerunt summos pontifices et plures alii, et aliqui deposuerunt; ergo imperator successor Karuli magni debet similia facere, scilicet instituere papas et destituere; ergo imperator est superior summo pontifice. Preterea: nullus ex eo, quod sibi^{z)} attribuit, quod sibi non convenit,

cap. 570 a) Papa — temporalibus om. O b) alterius A c) c. om. A d) Patet A e) om. A f) xxii AO g) debent O h) contra O i) tributa solvere tr. O k) proficiscantur AO l) alias principibus add. O m) tñ O n) decreto O o) lxvi AO p) imperator A, imperator alias ecclesia O q) ab A r) xxii A s) consensus O t) contrario O u) om. O x) contrario O y) precessit A z) ei A

1) Für den Anfang des Kapitels vgl. GA cap. 102. 2) quia — c. ii. (vor Anm. 4) vgl. Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 223, 31—224, 2. 3) C. 11 q. 1 c. 27. 4) X. 3. 39. 2. 5) ille — castra vgl. Petrus de Palude, Tract. 224, 35—225, 5. 6) C. 23 q. 8 c. 25 dict. Grat. 7) D. 96 c. 14. 8) D. 23 c. 1; vgl. GA cap. 102 Anm. 5. 9) Vgl. GA cap. 102 Anm. 15. 10) Vgl. Mt. 22, 21. 11) Vgl. Mt. 17, 26 und GA cap. 62.